

*Libellus supplicis Domino Felldt Mare-  
schalco, Comiti à Flemming, ab et D.º Palati,  
Exercitu Regio oblatus. no Culmensi*

*Ravæ die 6ta Januarij 1716.*

I.

**C**onstat universo Orbi, Nos secundum mentem Serenissimi Regis Nostri, omnes nostras vires in Regni huius emolumentum adhibuisse.

a.) Pauco ab electione Serenissimi Regis tempore, ingentes pecuniæ summæ è Saxonia in Regnum hoc translatae sunt, ad liberandum illud à prioribus discordiis, ac scissionibus, exitialem interitum toti Regno minitantibus.

b.) Idem paulo post in Lithvania accidit.

c.) Castris nostris ad Turcicas oras motis, Camenecum recuperatum, bellumq; cum Turcis felicissime finitum.

d.) Non licebat Serenissimo Regi bellum cum Svecis evitare, dum hi occasionem per transgressionem tabularum pacis Olivenfis bello præbebant, Serenissimusq; REX, per pacta Conventa ad avulsa recuperanda obligatus erat, quod nullo alio nisi æris, ac militis Saxonici auxilio fuscipiebatur.

e.) Ex voto etiam succedebat res, sed tricæ ac diffidia interna Regni huius, successus nostros Regisq; bonam intentionem interpellabant, finiq; præposito obicem opponebant, dum.

f.) Regem eò adducebant, ut in exitum Copiarum suarum è Regno hoc consentiret, licet subse-

cuta infortunia ab eo, quamvis nullo cum effectu, prædicebantur.

*g.)* Eò eventum est, ut quod in limitibus Regni gerebatur bellum, in eius viscera magno cum detrimento Reipublicæ transferebatur.

*h.)* Subsecutâ facti pœnitentiâ denuò in Regnum revocabamur, cui revocationi etiam non restitimus.

*i.)* Divulserunt Nos dissidia Ministrorum, ac internæ tricæ, ita ut Svecorum arma per discordias nostrâs magis, quam per fortitudinem suam feliciora redderentur.

Qua proinde re Regnum hocce, ac

*k.)* Ipse Serenissimus REX summis periculis iactabatur.

*l.)* Sed & in extremis non defuit Serenissimo Regi animus, sed de liberando Regno semper sollicitus, virtute ac prudentiâ suâ eo rem perduxit.

*m.)* Ut in Regnum redux, hilari animo à populo excipi potuerit.

*n.)* Quam primum autem in Poloniam lætus reversus erat, tristi animo experiebatur, condendis inter Serenissimum Regem & Czaream Maiestatem discordiis multos studere, ita ut in eam inciderent suspicionem utriq; Principes, se, licet pro salute Regni laborarent, eiusdem, interitum machinari:

*o.)* Quod tamen subsequens tempus longè aliter edocuit, dum devolvebatur in Regni emolumentum ab utrisq; Principibus bellum in hostilem Pomeraniam, non obstante alio bello quod Czareæ Maiestati cum Turcis suscipiendum erat.

*p.)* Omnia ad faustum exitum sperandum para-

parata erant, ita ut felicem successum in Pomerania nobis promittere poteramus, cum novum Serenissimo Regi afferretur impedimentum, dum appropinquantibus Turcis copia nostræ expetebatur; & bello in Pomeraniâ parta, ut Regno feratur auxilium, deserebantur.

Consentiebat in reditum Copiarum suarum Serenissimus Rex, sed

q.) Nihilominus eò rem dirigebat, ut per initum cum Serenissimo Borussiae Rege fœdus, non Poloniam solum, sed & Saxoniam, ab inimicis invasionibus securam redderet.

r.) Redux è Turcia Sveciæ Rex statim declarabat, se Saxoniam invadere nullatenus meditari, in Poloniam autem introitum machinari, ad restaurandum Turcarum ope ingentiq; impetu bellum.

Stipulaverat quidem Serenissimus Borussiae Rex, se Poloniam ac Saxoniam ab aggressione hostis factam tectamque conservaturum, fundatum autem erat Pactum hoc in facienda etiam ex nostra parte dispositione, ad mutuo concursu prohibendum hosti ingressum.

Cumq; Serenissimus Rex, tam in Poloniâ quàm in Saxoniam omnia ad fortiter resistendum necessaria, solius Germanici militis auxiliò, locatis hinc inde in Turciæ limitibus copiis Regni, summo studio parasset, non deerat Serenissimus Borussiae Rex anteriorum Pactorum effectus nobis exhibere, illosq; , conficiendo Tractatum executionis, firmare, ut par erat à nobis auxilium, quod etiam denegari non poterat, & malebat Serenissimus Rex Saxoniam copiis destituere, quam exitu earum è Polonia, Regnum hoc inimicæ invasioni exponere.

Mittebantur proinde à Saxonia Regi Prussiae primum octo millia militum, deinceps ad duodecim usq; millia militum adauctae copiae.

Licet autem omnia ea peragebantur, quae hostem ex Pomerania Poloniam invadere, impedire poterant, patebat ipsi nihilominus ubicunque mare, teste frequentiori in Polonia exinde orto metu.

s. Et insuper Rex Borussiae de rebus suis bene dijudicans, semper de invasione inimica in Regnum Poloniae aut in Prussiam sollicitus erat, ideoq; expressè in id incubuit, ut ea in Polonia pararentur, quae ad mutuum & ex utraq; parte ferendum auxilium, casu aggressionis existente, requirebantur. Apparet exinde, mali Regno imminentis aversionem, ac sperandum per pacem emolumentum, Germano militi tribuenda esse.

t.) Eà etiam fuit praesentium nuper Varavia Senatorum opinio, eò temporis, quo milite nostro Polonia destitui posset, nondum perventum esse, sed

u.) proponebatur ut de bona methodo, quo necessaria militis sustentatio fieret ageretur, cui rei etiam per confectam complanationem confulebatur, praeviis insuper omnibus, ad evitandos excessus conducentibus ab Excellentissimis Vestris adhibitis mediis.

2.

Quid autem fit? Bellum nullâ denunciatione praeviâ, barbaro impetu nobis infertur.

3.

Proinde suppeditat nobis naturale jus facultatem,

tem, mala avertendi, ac peragendi ea, quæ ad defensionem nostram conducere possunt.

Non etiam in malam partem nobis vertere poterit, quod, quò animò, meditatum nobis damnnum, perpeti debuissimus eòdem omne, jure armorum, quòd coacti sumpsimus, nobis competens emolumentum, acquirere studeamus.

4.

Hoc in principio fundantes nos, rogamus humillime Excellentias Vestras, ut ea quæ proponimus, considerare dignentur, non autem permittere velint, ut Confœderati stabilitas leges ac Constitutiones præferant, easq; allegent, cum ipsi iis renunciaverint, viribusq; ac pectoribus suis omnia crediderint.

5.

Nec Regem adire possunt, quoniam, licet ludicro animo, asserunt, nullam sibi cum Regia Majestate rem esse, seq; unicè contra nos arma sumpsisse.

Nec etiam Serenissimus Rex nec Respublica hanc in rem consentit, aut illam permisit, ideoq; etiam illuc recurrere non audent.

Ab universo Orbe improbanda sunt, quæ in sui favorem in medium proferunt argumenta. Oppressores libertatis ac immunitatum nos appellant, cum tamen nunquam probari poterit, quenquam nostrum libertati, immunitati & prærogativis illorum se immiscuisse. Nunquam appetita à nobis fuerunt eorum bona ac beneficia. Stipendiis nostris contenti fuimus, nam in præmi-

um operæ, alimenta nobis ad minimum suppe-  
ditanda fuerunt. Dignus est mercedis suæ mer-  
cenarius, hanc unice quæſivimus, non traditam  
(fatemur rem) indagavimus. Naturale est, vi-  
ctum investigare, vivendum enim est.

Exemplum nobis exhibet ipſemet Exercitus  
Regni, venando necessaria, ſi ſtipendia defici-  
unt; ac patrando excessus, in totius Regni quæ-  
rimoniam.

Nihilominus tamen eum nunquam oppreſſo-  
rem libertatis ac prerogativarum nominaverunt,  
licet sæpius libertati illorum se immiscuerit, ac  
multorum Nobilium libertatem funditus turbaverit;  
quotidianis clarissimis indiciis.

6.

Cum itaq; nationi natio, Exercitui Exerci-  
tus, nullo Regis, nullo Reiipublicæ, nullo le-  
gum intuitu, nec ulla fundatæ in jure naturæ,  
licet animalibus inſitæ, gratitudinis, nec immola-  
tæ sæpius pro iis vitæ bonorumq; nostrorum, ra-  
tione habita, bellum intulerit, in quo brachium  
ipſorum Rex, pectus Republica, armaq; leges  
esse debuissent, quoq; nos coegerunt, nos non  
solum secundum jus naturæ defendere, verum  
ipſos etiam ad melius sentiendum adigere.

7.

Expresse per literas has Excellentias Vestras ro-  
gamus, nobisq; reservamus, ut eò rem redire  
permittere velint, quo eam ipſimet Confoedera-  
ti adducere in animo habuerunt, scilicet, quod  
indi-

indictum nobis ab ipsis fuit bellum, perficiendi,  
ac pro armis quaesitis, habendi Provincias illas,  
ex quibus eos pepulimus, & adhuc pellere eos  
possumus & ut sententiae Domini Leduchowski sa-  
tis faciamus: non minor est Virtus &c,

8.

Excellentiae Vestrae iuste inter nos dividere po-  
terunt ea, quae in potestatem nostram redegimus,  
eadem servitia reddemus privatim ac publice iis  
Palatinatibus, qui in legum observantia perman-  
serunt.

Majori Foederatis, majori Regi Reique publicae  
emolumento erimus, meliusque illos Regnumque hoc  
ab omni, quod ei intentum est, malo salvos con-  
servabimus.

Nullam vicinas Potestates afficiemus molestiam.

Ad extremum: Eo rem dirigemus ut quili-  
bet nobiscum contentus sit, Regnumque si quan-  
do a se amoverit seditiosa quae in eo sunt capita,  
innumeris molestiis liberatum plenam quiete ac se-  
curitate fruatur.



Ms. 1736 A.

inductum hodie ab ipse dicitur...  
de quo gratia dicitur; habent...  
ex quibus eos pepulimus; & adhuc...  
potius & ut tententis...  
la faciant; non minor est Virus...

MDLXVIII

8

Excellentiss. Vestre iussu inter nos dividere po-  
terunt ea, que in potestatem nostram redegerunt,  
quodam huiusmodi redemptum suum se publice in-  
terdiximus, qui in legum observantia perman-

Majori fortiter, majori Regi Reip. publice  
evolutamento erunt, melius illos Regnum; hoc  
et omnia quod et in mentem est, malo salvo con-

Nulla vicinas Potestates afficiamus molestis.  
Ad extremum: Et rem dirigemus in parti-  
lar nobilium contentus de Regnum; si par-  
do se amovet scilicet, que in eo sunt capta,  
numerus molestis libertatem plena quiete ac se-  
curitate huiusmodi.



nc





*Libellus supplex Domino Feldt Mare-  
schalco, Comiti à Flemming, ab et D<sup>no</sup> Palati  
Exercitu Regio oblatus. no. Culmensi*

*Ravæ die 6ta Januarij 1716.*

I.



Onstat universo Orbi, Nos secundum mentem Serenissimi Regis Nostri, omnes nostras vires in Regni huius emolumentum adhibuisse.

a.) Pauco ab electione Serenissimi Regis tempore, ingentes pecuniæ summæ è Saxonia in Regnum hoc translatae sunt, ad liberandum illud à prioribus discordiis, ac scissionibus, exitialem interitum toti Regno minitantibus.

b.) Idem paulo post in Lithvania accidit.

c.) Castris nostris ad Turcicas oras motis, Camenecum recuperatum, bellumq; cum Turcis felicissime finitum.

d.) Non licebat Serenissimo Regi bellum cum Svecis evitare, dum hi occasione per transgressionem tabularum pacis Olivenfis bello præbebant, Serenissimusq; REX, per pacta Conventa ad avulsa recuperanda obligatus erat, quod nullo alio nisi æris, ac militis Saxonici auxilio suscipiebatur.

e.) Ex voto etiam succedebat res, sed tricæ ac diffidia interna Regni huius, successus nostros Regisq; positum

f.) rum

